Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg

Bibliographische Daten

Titel: Aristoteles – Nürnberg, STN, Cent. IV, 1
Signatur: Cent. IV, 1

Die Nutzung der Digitalisate von gemeinfreien Werken aus den Sammlungen der Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg ist gemäß den Bedingungen der Creative-Commons-Lizenz Public Domain Mark 1.0 uneingeschränkt und kostenfrei erlaubt.

Im Sinne guter wissenschaftlicher Praxis wird gebeten, bei der Verwendung von durch die Stadtbibliothek im Bildungscampus überlassenen Digitalisaten stets die Quellenangabe in folgender Form zu verwenden: Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg, [Bestandssignatur + Blatt/Seite]

Im Interesse einer laufenden Dokumentation und der Information für Benutzerinnen und Benutzer erbittet die Stadtbibliothek die Überlassung von Belegexemplaren oder Sonderdrucken von Veröffentlichungen, die aus der Benutzung von Handschriften und anderen Medien in den historischen Sammlungen der Stadtbibliothek hervorgegangen sind. Sollte eine Abgabe nicht möglich sein, wird um Mitteilung der bibliographischen Daten der Publikation gebeten.

in hominibus inveniuntur sunt animalia mor
talia. alia autem anima est rememorativa
que facit sapientem recordari eorum que
oblitus est. tertia anima est que mon
strat ei sapienti in mente sua quidquid
occultum est et tempore a presentia
sua ut aliquis existens in una civitate
ymaginatur se esse in alia. et hec anima
est que videt sompnia et multa
que sunt filia futurorum. Quarta
anima est excogitativa artium ut texere
vel ordire et horum similia. et non quia tempus
non est sufficiens per sermones declarare nobis
que sit unaquaque istarum animarum per se et uti
litates suas et quicquid est necessarium
unicuique. Unus quidem sapientum
assistentium respondit ei nomine Synay di
cens. domine et magister noster sapientia tu benefeci
sti nobis et docuisti nos multas scientias
et nunc auge gratiam tuam nobis
et conforta cor tuum. et ostendisti diem
mortis non timere et non turbari sic
certi sapientes qui turbantur de mor
te sicut videmus de morientibus.
que discedunt cum timore et turba
tione maxima. quia nesciunt quo
vadunt. et que sunt spes eorum
et tunc facies nobis bona duo vir
tus dabis nobis doctrinam ex qua cor
nostrum confortabitur et hoc quia facies quies
cere dubietates super te cordis nostri
et planctus noster super recessu tu
o a nobis quia [illegible] erit pax et quies
perpetua. Cui respondit aristoteles. Ecce ego do
ceo non quod intelligatis et sciatis
veritatem verborum meorum et quamvis sit
michi magnus labor ego odora
bo odore huius pomi ad reducendum
spiritus meos quousque finiam
verbum meum. quia scio quod mecum ha
betis bonum premium quia vos intelligatis
huius rei que non est recusativa
nobis. Surgentes autem discipuli
osculati sunt singuli caput eius

et dixit eis in primis interrogabo vos
confitemini creditis in scientia phisice
que continet omnes scientias quod est vera
et qui inquirit eam inquirit ve
ritatem et rectitudinem et gradus al
tissimos et divinos et per eam est dig
nus sapiens et alia alia. Qui dix
erunt verbum nostrum confitemur. sic
est dixit. si ita est sicut dixistis bonum
quod pervenit homini ex scientiis et magni
gradus quos apprehendat per eas. an
pervenient sapienti hoc seculo in quo sumus
hodie. an post mortem in alio seculo si vos
dicatis in isto seculo in quo sumus
priusquam moriamur. gradus convenien
tes scientie non dedistis. Nam plures
sapientes insipientes qui non ambulave
runt per viam rectam nec cognoverunt
creatorem suum finierunt dies suos
in bono et annos in deliciis eorum
et plures sapientes sunt qui multiplica
ti sunt in scientiis et intelligentiis et didi
cerunt doctrinas cognoverunt cre
atorem suum et habent privationem boni
et paupertatis et vos non turbati estis
in morte timetis quod est vita necessari
um anime recedentis a corpore ignoro
ad apprehendendum gradus divinos et con
iungendum se sapientibus animabus et letis
non datis scientie gradus suos nec ro[illegible]
nes suas sed denigratum in anima be
stiali et aliis bestiis. Iterum dixit aristoteles.
adhuc interrogabo vos de alia que
scitis quod mors non est ad nisi re
cessus anime a corpore dixerunt sic. dix
eritis vos alii gaudentes de hoc quod ap
prehenditis et didicistis scientiam et e
stis dolentes ex eo quod non po
tuistis de ipsa dicere nec apprehendere
dixerunt sic. dixit eis si ita est sicut
dicatis iam videtis quod corpus igno
rum non videt nec audit nec sentit
aliquid nisi virtute anime coniuncte
sibi mediante suo. et corpus sentiens